

parere solitorum, ut halecia, et hujusmodi, textu expresso in cap. *Licet feriis*, 3, ibi: « Indulgemus ut liceat parochianis vestris diebus Dominicis et aliis festis, præterquam in majoribus solemnitatibus, si halecia terræ se inclinaverint, eorum captioni, ingruente necessitate, intendere, ita quod post factam capturam ecclesiis circumpositis, et Christi pauperibus congruam faciant portionem. »

* Ex hoc ipso capite theologi plurimi inferunt venationem piscationemque opera servilia esse, festis diebus interdicta: « Venatio et piscatio sunt opera servilia. Nam sunt actiones corporales per se, et primario ordinatæ ad utilitatem corporis, et ad aliud opus corporeum, scilicet ad captiorem et occisionem ferarum et piscium. Idem die de opere pingendi, cum sit opus corporale immediate ordinatum ad artefactum sensibile, assimilandum rei veræ, soleatque a mercenariis, seu iis, qui lucrum ex arte quærunt, fieri. Et in concil. *Meldensi* anno 843, expresse prohibentur pictura et venatio. De piscatione constat ex cap. *De feriis*, ubi specialiter sub certo onere conceditur facultas halecia piscandi ob necessitatem. » Ita Antoine in tractatu *De virtute religionis* cap. 7, quæst. 2. Cæterum Cuniliati tract. 6 *De III Decalogi præcepto* cap. 1, § 3, num. 13, etsi venationem piscationem, aucupationem de se esse servilia et mechanica fateatur, atque adeo ea exercere festis diebus, nisi excuset materiæ parvitas, mortale peccatum esse statuat, tamen deinde Suaresium citat, qui hæc, si quiete, ac sine magno apparatu unius recreationis causa fiant, non videri die festo prohibita scribit. Nam subdit: « At inquit: *Durus sermo* (Joan. VI, 61); non licebit igitur recreationis gratia, et solius relaxandi animi motivo, in illis se exercere? Respondet communis, quod profecto, si magnus apparatus, et labor impendendus sit in delatione et præparatione instrumentorum, si intervenire debeat venatorum tumultus, ut contingit in venatione ferarum et piscatione maritima, omnia recensita præceptum graviter violent, idque sentiunt etiam benigniores theologi. Si autem fiant quiete, sine tumultu aut magno apparatu, ut fieri solet in aucupio aut piscatione hamo facta solius recreationis gratia, non videntur prohibita, dicit Suarez c. 28, n. 5. Ut consoleris, afferam, tibi hujus pii et docti theologi verba: Si aliqua venatio recreationis gratia excipienda est, per modum excusationis eximenda est; non quia per se servilis non sit, et prohibita: erit autem excusatio prima, ob levitatem materiæ, et ex quadam morali necessitate ad evitandum vel otium vel pejora opera: et quidem si venatio esset moderata, et quidem solum a

VENDITIO.

Vide verb. *EMPTIO*.

(1. Clerici beneficiati prohibentur unico actu vendere commodum seu utilitatem per-

prandio per duas aut tres horas, mihi non displiceret excusatio. Tamen quia difficilia est damnare illos omnes, qui majorem sumunt licentiam; ideo potest addi alia excusatio ex consuetudine, quæ potest legem remittere, quæ videtur in hac parte prævaluisse, scientibus et tolerantibus pastoribus ecclesiæ, quamvis introducta fuerit ex apprehensione, et vulgi æstimatione, quod venatio nobili modo exercita non putetur opus servile, neque inde scandalum sumant, etiamsi in die festo fiat. » Hæc ille *.

(24. Rigorose loquendo non est venandum tempore Quadragesimæ. Sic expresse respondit Nicolaus I, *Ad consulta Bulgarorum* cap. 34, et concordat citat. can. *Quid prodest* 12, et can. *An putatis* 13, dist. 86. Hic tamen rigor videtur abuisse in desuetudinem. Unde La Croix lib. II, n. 238, insuper dicit quod si absit scandalum, potest venator vel auceps in Quadragesima capere feras vel aves, et vendere in terris hæreticorum.

NOTA ROMANI THEOLOGI.

Caveat vero, ne ita errorem hæreticorum probare videatur et ne contemptui orthodoxæ Ecclesiæ disciplinam exponat.

RESPONSIO AUCTORIS.

Quæ refero *loc. cit.*, verba sunt La Croixii, qui dicit quod si absit scandalum (intellige tam activum quam passivum) potest venator vel auceps in Quadragesima capere feras vel aves, et vendere in terris hæreticorum; quod faciendo, si vere absit scandalum omne tam activum quam passivum, nec errorem hæreticorum probare videretur, nec contemptui orthodoxæ Ecclesiæ disciplinam exponeret.

(25. Venatores solent se induere communiter veste viridi, ad hoc ut propter aspectum viroris, quem bestiæ naturaliter diligunt, minus venatorum insidias expave-
scant.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(26. Duo novissime de hac materia edidit opuscula Iskstatt: alterum, *De eo quod jure naturali circa venationem juris est*; alterum *De eo quod jure publico universali et particulari imperii Romani circa venationes juris est*. *Quinque hoc constat capitibus*. Primum est de majestatico et territoriali circa venationes jure. Secundum de regali venationis jure, et quidem in fundis civitatis publicis, Tertium de regali venationis jure in fundis privatis. Quartum de regali venationis jure in territorio alieno. Quintum de regali venationis jure subordinato sive landsassico. Meo judicio in duobus hisce opusculis pro dignitate auctor hic de hac materia agit. Eum igitur consule, ubi res ita postulat.

ciplendi fructus beneficii quoad vixerint, vel per longum tempus, recepta pecunia in

ea summa, de qua conventum est inter contrahentes, sive pecunia illa tota simul solvatur, sive per plures solutiones. (2. Id vero velitum sub excommunicatione et aliis pœnis contra alienantes bona ecclesiastica inflicti; et contractus omnes ita celebrandos in futurum irritat et annullat Benedictus XIV, constit. 29, tom. I *Bullar.*, incip. *Universalis Ecclesiæ*.

(3. In contractu emptionis et venditionis, si fiat pactum, quo venditor, quandocunque

VENENUM

Liceat hæc adnotare.

(1. Componens venenum hominis necandi gratia, reus est homicidii, morte secuta, *L. Capitalium* 28, § 2, ff. *De penis*; Corrad., in *Praxi dispensat.*, lib. I, cap. 1, n. 20; Ursaya, *Institut. criminal.*, lib. II, tit. 5, n. 77, et alii communiter.

(2. Item reus est homicidii venenum vendens, vel apud se retinens, hominis necandi gratia, morte secuta: Ursaya, *loco cit.*, et alii per textum: in cit. *L. Capitalium*.

(3. Et a fortiori homicidii reus est ipsum venenum propinans et mandans propinari ad dictum malum finem: Communissima, per text. in cit. *Capitalium*. (4. Plus est enim homines veneno, quam gladio et sica occidere, textu expresso in *l. Plus est, C. De maleficus*; ubi: « Plus est hominem extinguere veneno quam occidere gladio. »

(5. Homicidium veneno commissum punitur pœna ultimi supplicii, per text., in cit. leg. *Capitalium* 28, § 9, ff. *De penis*; imo reus tanquam assassinus trucidari debet malleo in capite. Cavalcant. *De Brach. Reg.*, part. IV, n. 57; Guazzin., ad defens. 43, cap. 4, n. 8; Ursaya, *loc. cit.*, n. 86, et alii.

(6. Venenum porrigens conjugatæ vel conjugato ad facilitandum matrimonium

voluerit rem venditam redimere, obligetur in vim ejusdem pacti plus dare quam receperit in venditione, contractus est injustus. *De synodo diœc.*, lib. VII, c. 51, § 4.

(4. Si venditio fiat cum pacto redimendi intra certum tempus, quo elapso, non sit amplius locus retrovenditioni, iste contractus sapit usuram, ex eo, quia videtur inducere naturam pignoris. *Ibid.*

Alia vide verb. *EMPTIO*.

cum conjuge superstite, puniendus est pœna mortis; Censal., *Dec. Januens.* 10, n. 36 et seq., ubi refert quod fuit suspensus juvenis, qui placentam venenatam tradi fecerat Patri Amasiæ, ad hoc, ut post necem patris eandem Amasiam duceret; et Rainald., tom. III, cap. 31, § 4, n. 10 et seq., ubi quod ita practicum fuit in Urbe de anno 1768 in *Firmana Uxoridii*, quodque ita practitari deberet, etiamsi non sequatur mors, refert et tenet etiam Ursaya, *loc. cit.*, n. 93, 94 et 95.

(7. Homicidium committens veneno, non gaudet immunitate ecclesiastica. Sac. cong. Concilii sub die 3 Decemb. 1632, apud Barbosam, in *Summ. apostol. dec.*, verb. *Homicida* n. 7, et sæpius sacra cong. Immunitatis; et colligitur ex novissima constitutione Benedicti XIII, incip. *Ex quo*, § 6, ubi immunitate ecclesiastica privantur interficientes proximum suum animo præmeditato ac deliberato; qualitas enim veneni semper præsupponit præmeditationem, ut ex aliis recte docet Ursaya, *l. cit.* n. 6, vide ipsum *loc. cit.*, lib. II, tit. 5, a n. 74, ubi multa habet ad rem.

(8. Alia ad rem. Vide verb. *HOMICIDIUM*, verb. *IMMUNITAS*, verb. *MARITUS*, verb. *MATER*, verb. *UXOR*.

VENERABILE SACRAMENTUM.

Vide verb. *EUCCHARISTIA* verb. *MISSA*, verb. *PROCESSIO*, verb. *SACRAMENTUM*, verb. *SACRIFICIUM*, verb. *TABERNACULUM*.

VENERATIO SANCTORUM.

Vide verb. *CULTUS SACRORUM*.

VESTIS.

SUMMARIUM

1. Femina non potest uti veste virili, nec vir veste feminea, et hoc si fiat sine prava intentione, etc., erit tantum peccatum veniale; alias mortale. — 2. Quomodo peccent sæculares utentes vestibus religiosi ignominiose in ludis, etc., ad n. 5. — 6.

(1. Femina non potest uti veste virili, nec vir veste feminea, et hoc si fiat sine prava intentione, periculo scandali, et libidinis, erit tantum peccatum veniale; alias mortale. *Vid.* verb. *HABITUS* num. 50. (*Vide etiam notam ibidem appositam.*)

Vestes sacræ non possunt amplius converti in usus profanos. — 7. Quid faciendum de vestibus sacris vetustate consumptis? — 8. De vestibus clericorum ad n. 10. — 11. De vestibus necessariis pro celebratione missæ, ad n. 12. — 13. Alia multa ad rem ad n. 47.

(2. Sæculares utentes vestibus religiosi ignominiose in ludis vel in lasciviis, peccant mortaliter, et incurrunt graves pœnas, et possunt puniri per iudices sæculares. *Vid.* d. verb. *HABITUS*, n. 47. (3. Unde concilium *Mediolanense* I, p. II, tit. *De Clericis*

rum vestitu expresse statuit, quod induentes vestes religiosorum ad Mascheras gravi poena puniantur, et etiam illi, qui eas commodant. (4. Et Ursaya, *Inst. crim.*, lib. II, tit. 6, n. 112, cum aliis ibi citatis observat, quod verbum *maschera* derivat a dictione *mascha*, quæ apud Longobardos significat *lacodæmones et lamias*, exinde inferendo solum nomen *mascheræ* horridum et perniciosum esse.

(5. Hinc locorum ordinarii, aliique prælati regulares non debent dare licentiam, nec permittere, quod moniales tempore Bacchanalium, recreationis gratia, proprias religiosas vestes dimittant et assumant alienas mascheras. Sac. congreg. Episcop. et Regul., in *Ferrar.* 27, April. 1664.

(6. Vestes sacræ non possunt amplius converti in usus profanos, quia semel Deo dicatum non est ad usus humanos ulterius transferendum, textu expresse in cap. *Semel 51*, De reg. juris in 6, et concordat can. *Quæ semel 4*, caus. 29, q. 3. (7. Nec ad alios usus, quam quibus dedicatæ sunt, transferri debent, can. *Vestimenta 42*, et can. *Ad nuptiarum 43*, De consecr., dist. 1.

(8. Vestes sacræ, cum fuerint vetustate consumptæ, incendio dandæ sunt, et cineres in baptisterio, vel alio loco abdito et honesto condi debent, can. *Altaris palla 37*, De consecr., dist. 1.

(9. Clerici quibus vestibus uti debeant? Vide verb. *CLERICUS*, art. 1, a n. 13, usque in finem.

(10. Vestis clericorum usque ad annum 500 nullatenus distincta erat a vestibus laicorum. Ursaya in *Miscellaneo 2*, litt. V, num. 24, ex Thomassino *De veteri et nova Ecclesiæ disciplina*.

(11. Quæ sint vestes necessariae pro celebratione missæ? Vide verb. *MISSA*, art. 10.

(12. Quis possit illas benedicere? Vide verb. *BENEDICTIO*, art. 1, a n. 17 ad 21, et verb. *VASA SACRA*, num. 2 et 3.

(13. Illicitum est uti vestibus infidelium, quæ alium usum non habent, quam quod sint signa falsæ religionis, seu falsi cultus. At vero licitum est uti infidelium vestibus, quæ alium aliquem usum habent, quam profitendæ falsæ religionis aut falsi cultus, præsertim si subsit justa causa, v. g. ad evitandum aliquod grave periculum, ad eludendos hostes, ad obtinendam victoriam, vel propter defectum alterius vestimenti, et hujus-

Nota Romani theologi.

(121) Vestes infidelium, aut nationales sunt, vel religionis distinctivæ, vel denique falsæ religionis protestativæ. Nulli dubium, quin primi generis vestes adhiberi queant, semota quacunque culpa, quemadmodum inconcussum est apud theologos omnes, si unum vel alterum excipias, nunquam licere uti vestibus tertii generis, cum in se falsæ religionis professionem includant. — Moveri duntaxat posset controversia de vestibus ad secundum genus spectantibus. Disceptarunt olim theologi, uti videre licet apud cardinalem de Lugo in tractatu *De fide* q. 14, sect. 5. Verum hodie extra controversiæ aleam est positum, illicitum prorsus esse talibus vestibus uti, quacunque ex causa, nisi forte in

modi (121). *Communis*, cum S. Thoma, 2-2, q. 169, art. 2, ad 3, ubi sic expresse dicit: «Potest tamen quandoque hoc fieri sine peccato propter aliquam necessitatem, vel causa se occultandi ab hostibus, vel propter defectum alterius vestimenti, vel propter aliquid aliud hujusmodi (122).» Et ob id faciunt duo sequentes versiculi relati a Glossa, in cap. *Clericus 5*, De vita et honestate clericor., verb. *Relaxaverint*, ibi:

Tutus ut peterem laici sub imagine Romam,
Fas fuit ut sinerem luxuriare comam.

(14. Afferuntur alii notabiles versiculi quoad vestem, relati ex aliis ab Ursaya in *Miscellaneo 2*, litt. V, n. 26, ibi.

Vir bene vestitus pro vestibus esse peritus
Creditor a mille, quamvis idiota sit ille,
Si careas veste, nec sis vestitus honeste,
Nullius es laudis, quamvis scias omne, quod audis.

(15. Quidam theologus, qui prius humiliter indutus, male fuerat receptus in suo monasterio, rediens deinde cum pretiosa cappa, splendide receptus et honorifice tractatus fuit, qui postea in capitulo multas gratias agit cappæ suæ. Fagnan. in c. *Episcopalia* n. 32, De privileg.; Ursaya, *Miscellan.* 2, litt. C. num. 33.

(16. Alia ad rem. Vide verb. *BENEDICTIO*, verb. *CLERICUS*, verb. *FEMINA*, verb. *MISSA*, et verb. *PARAMENTA*.

(17. Afferuntur novissimum edictum, quo sub certis pœnis præcipitur, cadavera ecclesiasticorum in funeralibus officiis exponi induta sacris vestibus eorum ordini congruentibus, et cadavera quorumcunque etiam nobilium et magnatum deferri ad ecclesiam cum feretro præcedente cruce; non autem cum rhedis, aliisque vehiculis:

«Caspéro per la misericordia di Dio vescovo di Sabina della S. R. C. card. di Carpegna, della Santità di nostro signore vicario generale, ecc.

«Avendo la Santità di nostro Signore sotto li 9 del prossimo passato mese fatto alcune provvisioni circa le processioni dei funerali, e le esposizioni dei cadaveri nelle chiese, le quali di nuovo conferma, e volendo, che in tutta la funzione dei detti funerali, ed esequie si osservi puntualmente il rito di questa santa Romana Chiesa, ordina a tutti i R. R. parrochi, superiori delle chiese secolari, e regolari, ed in qualsivoglia modo privilegiati, sagrestani, ed altri a chi spetta,

theatris aliisque spectaculis.

(122) Ita concludit Bened. XIV, *De syn. diac.*, l. LXII, cap. 20, num. 25: *Si quod adsit, inquit, indumenti genus, quod ex forma, usu aliisque adherentibus, habeatur veluti tessera, sive nota, quæ religionem a religione secernat, nunquam eo uti licebit.* Ratio intrinseca est, quia hæc important simulationem religionis, quæ mendacium includit. Mendacium porro semper est malum, nec unquam eohonestari potest, et a fortiori cum de fide agitur. Hac doctrina corrigenda est Ferraris sententia sub hoc numero explicata, ubi perperam adducitur S. Thomæ patrocinium, qui in loco citato loquitur de vestibus mulierum.

di non permettere, che i cadaveri degli ecclesiastici secolari, particolarmente de' sacerdoti, come anche de' diaconi, e suddiaconi si trasportino dalle proprie case alle chiese, ovvero in queste si esponghino vestiti di qualunque altro abito, sia di compagnia, o religioni, ma con le vesti Sacre secondo il loro ordine in conformità della disposizione del Rituale Romano, tit. *De exsequiis* sotto pena ai suddetti della perdita di tutti gli emolumenti funerali, ed altre a nostro arbitrio.

«Di più ordina la Santità sua, che nel trasportare dalle case alle chiese i cadaveri di tutte le persone di qualsivoglia stato, grado e condizione, anche titolate, o sia di giorno, o di notte con la dovuta licenza, si osservi parimente la disposizione del detto Rituale Romano nel tit. *Sudetto*. § *Constituto tempore*; che si portino processionalmente con la croce avanti *parochio præcedente feretrum cum luminibus*, e però proibisce di trasportarli in qualsivoglia altra maniera, particolarmente dentro i cocchi, o carrozze, sotto pena agli Eredi in caso di contravvenzione di scudi 500 da applicarsi in opere pie, ed al parroco, se ciò permetterà, della perdita degli emolumenti, che se li devono, ed altre a nostro arbitrio. Dato questo di 4 Febbraio 1705.»

(18. Catechumeni non ante, sed post baptismum veste candida sunt induendi, c. *Post Baptismum 91*, et c. *Accepisti 92*, dit. *l. De consecr.* Et sic expresse statuit Bened. XIII, in conc. *Rom.*, tit. 26 *De baptismo*, c. 2.

(19. Vestis talaris usus an, quibus, et sub qua poena præcipi valeat ab episcopis? Quamvis enim sacrum concil. *Tridentinum*, sess. XIV, cap. 6, *De reformat.*, verbis expressis non injunxerit ecclesiasticis personis usum vestis talaris, sed solum jusserit deferri habitum «eorum ordini et dignitati congruentem, et juxta episcopi ordinationem ac mandatum;» nihilominus sac. cong. Concil., rata semper habere consuevit episcoporum decreta de usu vestis talaris; et præsertim in *Hortana* 8 Julii 1690, ubi proposito dubio, *An edictum, seu præceptum episcopi sustineatur?* Rescriptum fuit, *secretario*. «Ad mentem, quæ sic explicata fuit; sustineri edictum, sacerdotes teneri semper incedere in habitu talari, et clericos, maxime in functionibus ecclesiasticis; et quoad pœnas episcopus moderate procedat:» in lib. *XL Decretor.* pag. 435. Rursus in *Ostunen. synodi* 6 Jul. 1697 ad VII dub. Respondit, *servandum esse decretum proxime relatum in Hortana*, ut in lib. *XLVII Decret.* post. pag. 294. Sic quoque in *Milevitana synodi* 4 Junii 1707, ad XXVII dub. prodiit rescriptum, «constitutionem synodalem sustineri cum licentia tamen gratis danda;» ut in lib. *LVII Decretor.*, pag. 205. Itidemque in *Ruben. Habitus talaris*, dubium hoc, «an edictum super delatione habitus talaris in ecclesiis illarumque ingressu sustineatur?» Ita resolutum fuit: «sustineri moderatis pœnis arbitrio eminentissimi præfecti,» qui sic declaravit; «nos ad mentem ejusdem sacræ congreg.

Nobis expressam, declaramus a supradicte edicto episcopi delendas esse contra inobedientes, videlicet quoad sacerdotes, pœnarum suspensionis ipso facto incurrendæ; quoad clericos, pœnam quod non possent promoveri ad ordines sacros, nec admitti ad beneficia quamvis de jurepatronatus; et quoad sacristas, pœnam suspensionis; et respective quoad clericos, pœnam interdicti ab ingressu Ecclesiæ. Et loco prædictarum pœnarum mulcandos esse in quinque libris ceræ albæ laboratæ, et in subsidium suspensionis, et interdicti, ferendæ sententiæ respective;» ut in lib. *LVIII Decret.*, pag. 238. Recentius vero in *Sorana edicti*. 20 Maji 1719, rescriptum fuit, *Servandum esse edictum* ut in lib. *LXIX Decret.*, pag. 291. Et denique in *Marsicen.* cum episcopus simile promulgasset edictum; sed dum clerici ad sacrum subdiaconatus ordinem essent promovendi, exigeret ab eis jusjurandum de edicto observando, *sacra congregat.* die 15 Decembr. 1631, rescripsit: «Servetur edictum episcopi, sed non exigatur præstatio juramenti.» Et in *Salernitana edictorum* 27 Septembris 1732, ad 3 dub. «An dignitates et canonici cathedralis cogi possint ad incedendum in habitu talari usque ad occasum solis, excepta tamen occasione eundi ad loca ruralia; et quatenus affirmative?» Respondit: *Affirmative*. Et consimiliter respondit sacra cong. Episcop. et Regular., die 1 Octob. 1728, in *Monopolitana* approbando hujusmodi edictum ab episcopo latum. Sic expresse apud tomum quintum *Thesauri Resolutionum sac. cong. Concilii*, in *Salernitana edictorum*.

(20. Et apud Ursayam, tom. V, part. II, disceptat. 16, num. 68, habetur hæc celebris resolutio sacræ cong. Episcop. et Regular., in *Callien. synodi* 20 Januar. 1720, in qua multa fuerunt resoluta dubia; et ad rem dicta die 20 Januarii 1720, fuit episcopo Galliensi scripta epistola vulgari idiomate inter alia continens, ut sequitur: «Che precti a tutti gli ecclesiastici di dover vestire con abiti lunghi fino ai piedi, quando celebrano la S. messa, o intervengono nelle sag. funzioni solamente, tanto d'estate come d'inverno, sotto pena di sei giorni di carcere formale per ciascheduna volta, che si contravvenga, e quando vi fossero recidivi, possa estendere detta pena anche fino a dieci giorni; tollerando però, che quando non intervengano a dette funzioni ecclesiastiche, possano usare abiti più corti, purchè sieno decenti e modesti, e che proibisca ai clerici poter usare abiti secolareschi, con manicone, e saccoccie alla moda, sotto pena di due libbre di cera bianca lavorata per ciascheduna volta.»

(21. Afferuntur lepida observatio de veste talari, ratione cujus multi sine abbatia passim vocantur abbates, teste Lubin. *De abbat.*, Ita in *Monit. ad Lectorem*, § *De abbatum numero*, sequentibus verbis: «His vero novissimis temporibus, tum curialium vanitate, tum adulatione amicorum, et plebis ignorantia infinitus evasit, ut stultorum, sic